Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Situm est autem Cisterium vel Cistercium, Cisterna, Cisteaux in diœcesi Cabilonensi quinque circiter leucis a Divione Burgundiæ Ducalis metropoli. Jongelinus Abb. Ord. Cister. l. 1.

10) Exordium magnum Dist. 1, c. 16. Exordium parvum c. 5, 6, 7, et 8.

11) Molismensis Vita S. Roberti c. 9. Festum ejus translatum est ad III Cal. Maj. Vid. Menkenius ad 29 Apr. et Manriques Annal. an. 1100.

12) Exordium magnum Dist. 1, c. 17. Exordium parvum c. 9.

13) Manriques Annal. ad an. 1099 c. 4: Tunc vero Ecclesiæ dicandæ conductus dies non sine magno concursu celebrandus. Hæc sub invocatione Beatæ Virginis, Virgini Matri Cisterciis consecravit. Affuit Serenissimus Odo Burgundiæ Dux cum filio ejus Hugone primogenito.

14) Exordium parvum c. 10—14.

15) Exordium parvum c. 15. Exordium magnum Dist. 1, c. 21.

16) Henriquez Fasc. SS. Cister. Dist. 2, c. 2 ex Barnaba de Montalbo Hist. Cist. l. 1 aliisque Joannes Abbas generalis Ord. Cist. l. privil. Britto autem Ann. t. 2, c. 1, narrat; cum aliquando Beatus Albericus orationi intentus Spiritum ad æthera erigeret, apparuisse ei Virginem Mariam, et Ordinis sui incrementum promisisse, dicendo: Ego Ordinem istum usque ad finem seculi protegam et defendam.

17) Exordium magnum Dist. 1, c. 21. Exordium parvum c. 17. Sermonem S. Stephani, obitu B. Alberici, edidit Henriquez Fasc. Dist. 2, c. 5. Festum ejus sub ritu duarum Missarum majori agitur die 26 Januarii, cum ~~tronibus~~